



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

14 Qualiter metus probandus sit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

quod dicitur, sed locus concedatur ea alio tempore sumendi, esse omnino periculum propositum amittendi aeternam salutem, quia vique periculum fit mortis, non periclitatur aeterna salus, & ita docet Thomas Sanchez lib. 1. cap. 18, n. 10. cum Soto lib. 1. de insti. q. 1. art. 4. ad fin. corp. Cordub. sum. p. 137. d. 4. Arag. 2. 2. q. 62. art. 3. in 1. dub. circa solutionem ad 4.

Exempla posterioris partis conclusionis sunt sigillum confessoris, consecratio in dupli specie, illius cum umptio, rita sacramentorum confectio, scilicet Eucharistia in pane triticeo, absolutio sacramentalis rite dispositio, vel cum debita iurisdictione, extrema vincto infirmo, & non sano, & alia huiusmodi, hae enim omnia nullo modo licent fieri, etiam si obinde mortem deberes subire, quia bonum commune religionis, quod his praecipis attenditur, praeponi debet cuilibet particulari damno: sic colligitur ex Sanchez supra n. 8. Suarez t. 5. in 3. p. disp. 6. sect. 3, n. 3. Sed obicitur, nec cadente in constantem ritum poteris contrahere matrimonium abique peccato (dummodo illud non consummes) vt optime probat Thom. Sanchez lib. 4. disp. 16. n. 6. a. ias si peccares in tali contractu, non permittere- ris ab Ecclesia contrahere ob vitandum temporale periculum, sicuti petmittitur eum locum, c. veniens, de sponsal. sed qui contrahit metu, efficit sacramentum nullum, sicut efficit, qui indispositum abouit, vel in materia indebita consecrat. Ergo non omne prohibitum ratione boni communis debet praeferi cuilibet particulari damno.

Respondetur esse clarum differentiam inter sacramentum matrimonij, & reliquorum sacramentorum consecrationem, Sacramentum enim matrimonij habet pro materia, & forma esse contractum legitimum. At quando contrahis metu, non afficit contractum, non quidem tua culpa dum metum non intuleris, sed culpa infertoris, illa autem culpa interueniente irritatur ab Ecclesia contractus in tui fauorem, ac proinde sic contrahis non peccas, quia non apponit materiam, neque formam indebitam sacramento, cum ibi non sit contractus legitimus, in quo materia, & forma huius sacramenti consistit. At in reliquis sacramentis, cum determinatae sint eorum materiae, & formae, si de facto ab unctionem indispositum impendas, vel verba consecrationis super aquam profetas, iam formam, quae de se forma est, super indebitam materiam constituis, ideoque grauitur peccas, & in his consentit Thom. Sanchez lib. 1. in Decal. 2. 18. n. 4. Valent. disp. 12. g. nar. q. 1. p. 2. 8. respondendo ad primum argum. Regid. de sac. disp. 28. dub. 3. Basili. de Leon. lib. 4. c. 16. n. 4.

8 Ab hac regula excipit Thom. Sanch. supra n. 8. exercitium potestatis Ecclesiasticae. Affirmat namque excommunicare abique potestate non esse tanti momenti, quin timore mortis honestari possit, praecipue cum nullum damnum ex tali excommunicatione, vt pote irrita, excommunicatio proueniat. Mihi tamen hac exceptio non probatur. Affirmo namque tale exercitium illicitum esse, nec timore mortis posse honestari, quae est fictio, & simulario potestatis, & quasi in opere mendacium, ac proinde est nullum damnum alicui infertis, sicuti non infert ioculum mendacium, habet tamen de se malitiam, quae timore mortis nullo modo tollitur, & ita docuit Suarez supra n. 3.

Ioan. vero Sanchez disp. 3. 5. sect. n. 6. aliam limitationem adducit, quae audaciam, & temeritatem videtur redolere: affirmat namque ob grauem causam in administratione sacramentorum vti posse simulationem, & huius simulationis varia exempla adducit. Prima inquit, si haereticus minatur mortem, si non consecraret omnem panem in foro extranem, poteris vt aquiuocatione, & intentionem non habere consecrandi. Secundo poteris Confessarius verba absolutiois sine intentione profere circa indispositum, si alia via maum comminatum vitare non poteris. Tertio poteris ob solatium scrupulosi anxie petentis absolutioem, cum tamen indispositus sit verba sine intentione profere. Quarto licet Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam, pro consecrata mulieri, quam cogit maritus ad communicandum, quae sine iactura opinionis non potest communicatione omittitur, quia in omnibus his dicitur sufficiens causa vtendi aquiuocatione, & simulatione, et idololatria, quae inde sequitur, est solum materialis, & non formalis. Hae tamen mihi nullo modo probantur. Tum quia illa simulatio non obstat, quin verum actum iurisdictionis exerceas circa rem diuinam, & supernaturalem. Tum etiam, quia in foro exterioro sacramentorum factus vltus videtur esse, quasi quaedam exterior idololatria. Adde etiam alij ob ignorantiam ab idololatria excusentur, tu vero excusari non potes, cum materialis illorum idololatria tibi sit voluntaria. Manet ergo certum in his quae periclitantur ad communionem, & generale ritum sacramentorum ob nullam ritorem omitti posse, immutari, aut simulari, & ita tradit Suarez 3. tom. n. 30. disp. 67. sect. 4. circa fin. Valq. de Euchar. disp. 209. n. 41. & alij.

9 Dico vltimo, metus mortis, & alterius grauis damni excusat aliquando ab obseruatione legis humanae tam civilis, quam Ecclesiasticae, aliquando non. Examinare autem quando hoc in particulari contingat, & cuius mali metus sufficiat, efficit

omnes materias praesenti tractatu immiscere. Breuiter tamen dico, si lex humana prohibeat, vel imperet actum aliquem respicientem de se ritum communem, obligat ad sui obseruationem periculo mortis, quia tale bonum commune praeferi debet cuilibet vtilitati particulari. hac enim ratione non licet ob cuilibet necessitatem conficere sacramentum Eucharistiae, sine vestibus sacris, neque sine mixtione aquae, & aliis huiusmodi, quia sunt actiones respicientes ritum communem. Video tamen contrarium sentire Bonac. disp. 2. de pecc. q. 2. p. 2. num. 9. cum Anton. 3. p. tract. 1. 3. cap. 6. Salas de legib. disp. 1. 1. sect. 1. n. 8. versus secundo adde. Valquez disp. 161. c. 3. Valen. disp. 7. quast. 5. p. 8. quast. 4. Beccan. tom. 2. tract. 3. cap. 6. quast. 4. n. 8. consentit Suarez ex parte lib. 3. de legib. cap. 30. num. 15. vbi dicit cessante scandalo, & contemptu, posse ob vitandam mortem fieri sacrum absque vestibus sacris, & adducit Ledesim. 2. p. quast. 19. art. 5. 3. quast. 25. art. 3. Medin. 1. 2. quast. 96. art. 4. Nauar. cap. 25. num. 84. Mouentur, quia leges humanae non obligant cum tanto dispendio. Addunt tamen, nisi ita expositule bonum commune, quod ego semper existimo adesse in his actionib. Verum si actiones non respiciant de se bonum commune, sed potius singularum vtilitatem, nunquam obligant cum discrimine vitae. habetur cap. consil. nm. de obseru. icium. vbi praecipuum icium non obligat cum detrimento salutis, & idem est de solutione decimatum, & audicione Missae. & cap. inter, de seuer. excomm. cap. quoniam multos, 18. q. 3. excusantur communicantes cum excommunicato ob necessitatem. Et ratio est, quia neque Ecclesia, nec republica censetur proximè intentionem habere obligandi, debet enim in suis legibus Christi legibus conformari, cuius iugum uiae est, & onus leue. Adde Ecclesiae, & republicae concessam non esse potestatem obligandi subditos cum eo discrimine, nisi communi bono necessarium fuerit, non enim cogere potest subditos bellum aggredi, nisi defensionem reipublicae intet, vt rectè dixit Salas tr. 3. disp. 3. sect. 1. num. 33. Hinc fit timore mortis, vel alterius grauis damni licere tibi matrimonium contrahere cum impedimento impediante, vel dirimente, quia non est credendum cum eo rigore velle Ecclesiam te esse obligatum, praeterquam quod in tali casu matrimonium non est, & ita docet expresse Suar. lib. 1. de leg. c. 30. n. 13.

So. um obicit potest aduersus hanc doctrinam c. sacris, de his qua vi. vbi Pontifex credit communicantem excommunicatis, si per coactionem adstrictus fuerit communicare, ab excommunicatione liberum esse: at si per metum communicet, excommunicationis lae tenet: & redditur ratio, quia licet metus atteruet culpam, non tamen eam prius excludit. Ergo metus non excludit culpam in prohibitis lege Ecclesiastica, qualis est communicatio cum excommunicato.

Hunc textum variè explicant Adrian. ma. de excommunic. §. quoad materiam. D. Thom. 4. d. 28. quast. 2. art. 4. qu. 3. Syluest. verbo metus. quast. 7. Angel. excommunicat. 8. §. 18. Nauar. c. 27. num. 33. Suarez tom. 5. in 3. p. disp. 6. sect. on 3. num. 10. & disp. 15. sect. 2. num. 13. & lib. 3. de legib. cap. 30. hinc Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 18. num. 4. Salas tr. 3. d. 3. p. 3. sect. 1. num. 34. Couarr. cap. alma. 3. p. §. 3. num. 9. Mihi tamen ea explicatio magis probatur, quae affirmat loqui text. non de qualibet communicatione cum excommunicatis, sed de communicatione cum excommunicatis in crimine criminis, seu de communicatione quae cederet in contemptum religionis, vel legis Ecclesiae, quae communicatio cum intrinsecè mala sit, ob nullum metum honestari potest.

PUNCTUM XIV.

Qualiter metus probandus sit.

- 1 Metum allegans probare debet.
- 2 Probatus huius quae inducunt grauem metum metus probatur.
- 3 Coniecturis metus probatur.
- 4 Sufficiens coniectura est, si praecessisset tractatus de te cogendo.
- 5 Item si fuisse reclusus.
- 6 Penitentia alicuius facti indicat aliquantulum coactum factum fuisse.
- 7 Probatio metus iudicis arbitrio relinquatur.
- 8 An duos testes deponentes de metu praeserendi sint multis negantibus.
- 9 Quando censetur metus purgatus.

1 Primò certum est, metum alleganti incumbere onus probationis, tum quia nemo praesumitur delictum commisissè, nisi probetur ex vulgari. merito, ff. pro socio. & tradit plures leges Flam. lib. 13. d. resign. q. n. 71. tum quia metus est res facta, & factam non praesumitur, nisi probetur. eadem Ioan. §. verum de confessione istam, de fid. instr. in bello §. fact. & ff. de capt. & post. in v. uos, & tradit Menoch. cons. 11. n. 301. Male. alios allegans, verb. facta. c. n. 1. 732.

2 Secundò certum est, si quodlibet illorum, quae supra diximus,

DE
CASTRO
DALA
TONI
NIE

mus, metam grauem inducere probetur legitime, metus sufficienter erit probatus, v.g. celebras contractum cum Petro. probat Petrus te illi, vel eius consanguineis, ad amicos nimis coniunctis, minatum fuisse mortem, amissionem bonorum, vel aliud graue damnum, contracti que statim celebratus est, praesumitur ex huiusmodi metu celebratus, ac proinde rescindendus colligitur ex *l. si donationis, C. quod metus causa*, & tradit Malcard. pluribus relatis *ver. metus, concl. 1055. num. 44*. Ratio est. Timere namque iuste poteris damnum minatum tibi esse inferendum, si voluntati minantis non consentire. Adde ibi constat de metu, & constat de contractu celebrato. Vt ergo non iudicetur fuisse appositum ad extorquendum contractum, debet incutiens metum probare, & dam non probat, succumbit.

3 Tertiò est certum coniecturis posse metum probari, cum enim metus ratio solet publicè inferri sed communiter secretò, efficitur coniecturis, agendum esse ad illius probationem, vt multis relatis docet Malcard. *ver. metus, concl. 1059. n. 3*. Flam. lib. 13. q. 1. num. 99. haec tamen coniectura, vt bene Malcard. notat n. 9. Flam. n. 102. debent esse legitime, exactè ac plenè probata, ex *l. non est, ff. quod metus causa*, & tradit Alciat. in *conf. 504. n. 7*. Et ratio est clara, quia cum de delicto non conitat, nisi medijs coniecturis, si coniectura non probatur integre, delictum improbatum manebit. Quocirca ad cuiuslibet delicti probationem, ad minus necessaria est clara cognitio illarum coniecturarum quae valida, & à iure approbata sunt, delictum inferre docuit Follet. in *suâ praef. crim. in vers. capiat in forma. n. 18* & loquens de metu tradit Burlat. *conf. 72. n. 18. vol. 1*. Haec clara cognitio non erit, quouique per duos testes omni exceptione maiores fuerit coniectura probata, quia omne iudicium sic debet probari ex sententia Barr. in *l. fin. n. 7. ver. quareo qualiter debeat, ff. de q. & notauit alijs relatis Malcard. concl. 498. n. 17*.

4 Ex hac doctrina inferretur. Si probas praesensse tractatum de te cogendo ad contrahendum, & contractus sequatur, probare satis contractum fuisse metu factum, quia iam probas voluntatem minantis rebellionem. & inuititiam, dum ergo ipse minans non probauerit à tui voluntate recessisse, in illa iudicatur peruersitate. Adde idem esse aliquid coactè facere, vel metu ne cogatur, ex *l. non sime, ff. quod falso iur. iur. & tradit Bald. ibi. Decius conf. 690. ver. visis dubitationib. col. 2. n. 10. Paris. conf. 139. n. 17. vol. 4*. Sed si contrahas cum eo, qui tractatum damnum tibi inferre, ni contraheres, metum iustum habes, ne cogaris. Ergo coactè contrahis, & ita tenet Scapola. *conf. 1. col. 2. v. r. i. coniectura. Crauetta conf. 1. n. 6. Malcard. alios referens concl. 1055. n. 44*.

5 Secundo inferretur esse sufficientem coniecturam ad probandum metum, si probes in aliqua domo etiam priuata te retentum fuisse clausum, praesumitur enim metu actum quidquid agis, habetur *l. si iur. ff. ex quib. caus. maior. l. 1. §. p. in. ff. de vi, & vi. num. & tradit Paris. conf. 60. n. 15. vol. 4. Corn. conf. 41. vol. 2. Malcard. n. 45*. Flam. lib. 13. q. 1. num. 126. Ratio est, iuste enim timere potes graue damnum si voluntati retinentis resistas. Neque obstat retinente minatum non fuisse incarcerationem diurnam, vel aliud damnum graue. Sufficit, inquam, quòd satis probabiliter timere possis inferendum, si resistas: hac enim ratione, cum probatur stitipius, & flagor armorum, est non probetur vim fuisse illatum, probatur sufficienter metus, quia satis probabiliter malum timeret, vt est delictum in *l. non sime, ff. quod falso iur. aut. l. si donationis, C. quod met. ca. si in. epistolas, C. de trans. & tradit Paris. supra n. 13. Malcard. n. 49. Flam. n. 127*. Haec tamen retentio, vt suppono, debet esse iniusta, si enim iuste ad petitionem alicuius partis, vel officio iudicis clausus retineris, non obinde contractus rescindendus esset, quia non debet praesumi metu factus, tum quia talis incarceration est executio iuris. Executio autem iuris nec metum, neque iniuriam inducit. *l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. l. quemadmodum §. magis iur. ff. ad legem Aquil. glossa e. cum dilectus, de his que vi*. Tum etiam, quia tua culpa incarcerationem pateris, atque adeo non alius, sed tu ipse tibi metum inferes. Denique ex actione iusta non debet praesumi iniustum, ergo ex tali incarceratione iusta non debet praesumi tibi aliquid malum iniuste inferendum. Atqui solus metus de malo iniuste inferendo rescindit contractus, vt constat ex *l. 3. sed vim l. si mulier in princ. l. qui in carcere, ff. quod metus causa*. Ergo. Ex his reprobat, vt inutilis coniectura quorundam iudicum Ecclesiasticorum extrahentium à carcere stupratorem, vt stupratam ducat, existimant enim non liberè, sed coactè contrahere, si carere detentus contahat, quod omnino est alienum à veritate, cum talis detentio iniusta non sit. Adde casu quo necessarium esset stupratorem à carcere exte, vt liberè postet matrimonium celebrare, debet iustitia à carcere exte, vt libeta ei facultas darent eundi, quòd licet, alias non intelligeretur à carcere exte formaliter, vt expressè habetur in *l. qui neque 48. in. g. l. ff. verb. seruati, ff. de verb. sign. ff. & tradit multos referens Sigismund. inter consilia feudalina, conf. 17. n. 10. & seq. Gutierr. de iuram. l. 1. cap. 51.*

n. 10. Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 13. n. 4. Flam. lib. 13. q. 1. n. 18. Fagnac. lib. 1. praef. crim. q. 33. n. 3. Balil. lib. 4. cap. 19. num. 8.

6 Tertiò infero esse coniecturam sufficientem ad praesumptionem metus, esto non ad illius integram probationem, si post actum gestum fugias, ne illum exequaris, fuga enim indicat te inuere, contra voluntatem consentisse. *cap. constat, l. q. 1. vbi Innocent. de ordinato ad haereticis dicti, si statim discedis n. 18. l. 1. ad p. s. concilio corum abrenuntiant, & ad Ecclesiam redit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. expende, colore aliquem non integram excusationem, Idem probatur argumento à contrario, ex *cap. ad id, 21. de sponsal. & ibi glossa*, Archid. Cardin. & alij, quos sequitur Malcard. n. 46. Item est coniectura ad praesumptionem, quando in contrahente, vel aliud agente, dignoscitur praeter motum pallor in vultu, aut vox tremula, aut aliud huiusmodi, quia huiusmodi accidentia effectus sunt timoris. sic Malcard. supra n. 48. & colligit ex *l. minore, §. tormentis, ff. de quib. Deinde est coniectura ad praesumptionem actus sufficientis, si renunciet quis iuri suo abs te, quia nullus praesumitur rem sibi damnoam suam voluntate facere, & colligitur ex *cap. super eo, de renun. Abbas ibi, Alciat. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 7. n. 2. Malcard. alios referens, n. 42*.**

7 Restant aliquae difficultates examinandae.

Prima est, an probatio metus iudicis arbitrio relinquatur? Affirmo relinqui (esto nullus textus id clarè probet.) Nam lex, *metus autem causa 3. ff. ex quib. caus. maior. 2. §. an. rest.* quam adducit Decius in *l. in omnib. causis, n. 7. ff. de reg. iur.* solum probat iudicis arbitrio relinqui, qualitatem metus, non autem qualitatis probationem, vt optimè considerat Menoch. lib. 2. de arbit. *concl. 2. ca. lu. 13. 6. n. 2. Malcard. concl. 1056. n. 11*. Mouerit tamen ad affirmandum iudicis arbitrio saepe relinqui quia saepe non constat testes deponentes de metu esse omni exceptione maiores, neque etiam constat, an probationes pro metu vincant probationes factas pro spontanea voluntate. In his ergo, & alijs casibus decidenda res est per iudicem, & ita tenent Menoch. & Malcard. supra, glossa, Ianoc. & DD. in *cap. cum dilectus, de his que vi. Couar. 4. decr. 2. p. 2. §. 5. n. 10. Ant. Cucus lib. 5. in. s. maior. rii. 12. n. 167. & 168. Th. Sanchez. lib. 4. de matrim. disp. 17. n. 3. Nau. conf. 10. n. 3. & 8. vir de his que vi, lib. 1. in 2. edit.*

8 Secunda difficultas, an magis erendum sit dubiis testibus deponentibus metum fuisse illatum, quam mille negantibus?

Affirmat communis sententia. Inn. in *cap. super hoc, de renun. in g. l. quae incipit, & hoc vnum*, Alciat. *de praesumpt. reg. 3. praef. 7. n. 5. & conf. 1. 6. 2. n. 12. Couar. vrb. de spons. 2. c. 3. §. 5. n. 10. Burlat. conf. 72. n. 48. & alij plures relati à Flam. lib. 13. q. 1. n. 85. Malcard. ver. metus. concl. 1057. n. 1*. Mouerit, quia deponentes de spontanea voluntate deponunt de actu mentali, & inuisibili, qui soli Deo notus est: at qui deponunt de metu, deponunt de minis, verbis, & tormentis, quae sensu corporis percipiuntur: praefertur ergo ij debent.

Verum vt haec sententia communis vera sit deponentes de metu deponere debent, non in genere, sed in specie, & in individuo, alius non probatur, vt bene Salicet. Barr. & alij in *l. interpos. 1. n. C. de trans. & Bald. ibi*, inferens non satis esse ad rescindendum contractum conseruatum contrahentem fuisse conseruatum nisi etiam probetur in illo contractum conseruatum fuisse, & tradit alijs relatis Flam. lib. 13. q. 1. n. 10. Insuper etiam deponentes de spontanea voluntate deponere debent absolute, non restricta, gentes eius depositionem ad tempus, & locum, in quo contractus affirmatur fuisse factus: ex metu: hoc enim modo clarum est dictis deponentium de spontanea voluntate, non infirmari dictum deponentium de coactione, cum vtique dictum veritatem habere possit.

Aduerit tamen cum Farinae, multos referente *lib. 1. praef. quest. 35. à num. 13*, clausulam appositam à patiente metu, quod spontè facit actum, nullaque vi compulsus, non probari inde spontè factum esse, eodem enim timore, quo induci potuit ad contrahendum, induci poterat ad affirmandum, quod spontè faciat.

Verum si deponentes de spontanea voluntate, hoc est, de carentia coactionis restringant depositionem ad tempus, & locum, in quo coactum esse alij testes affirmant, tunc probantes coactionem praesertim nullo modo sunt probantibus non interuenisse, si aliqui testes numero, & qualitate pares sint. Et ratio, meo iudicio, est manifesta, quia verique testes de re exteriori, & quae sensibus obiectus, deponunt, scilicet de coactione, vel de illius carentia. Ergo non est, cur de coactione deponentes praesertim deponentibus de carentia illius, & ita tenent Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 27. num. 3. cum Decio *cap. fin. de appellat. n. 28*. Sigismundo inter consilia feudalina, *conf. 48. n. 18*. Flam. lib. 13. q. 1. n. 89. imò caeteris paribus deponentes de spontanea voluntate, hoc est, de carentia coactionis, praesertim debent deponentibus de coactione, tum quia deponunt de non delicto, cuius carentia semper praesumitur, tum etiam quia deponunt de modo operandi voluntati consentaneo, & ita tenent

det Cepol. conf. crimin. 1. vers. ne videtur ex alio. Et conf. civil. 60. Malcard. concl. 497. n. 15. Flamin. supra à n. 89. Et 90. Item deponentes de coactione in contractu celebrato. et non deponant coartando deponunt, adhuc possunt illis exquirere, quia possunt deponere de talibus circumstantiis, & coniecturis, que omnino præsumptionem metus tollant: stare enim opinè potest metum alicui illatum fuisse ad extor. quendam contractum, postea vero cum contractus celebratur, metum purgatum esse, & ita teneri. Decius supra n. 25. Et reg. in omnibus 39. n. 8. ff. de reg. iur. Sanc. d. sp. 27. n. 2. Alciat. conf. 104. n. 8. Et conf. 5. n. 17. Cepol. conf. civ. 2. num. 14. Et seqq. Malcard. plures referens concl. 1057. n. 8. Et 9.

2 Tertia difficultas est, quando censetur metus purgatus? Communis sententia est, non censeri purgatum, dum non cessat omnino timoris causa, quamvis in actu externo appareat libertas, tradit Menochius lib. 3. præsumpt. 4. num. 22. Malcard. supra n. 36. Anton. Gomez 2. variar. cap. 14. num. 27. Flamin. lib. 13. quest. 1. n. 123. Et præcipuum num. 226. Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 18. n. 7. Basilius de Leon. lib. 4. cap. 17. n. 3. Et alij ab eisdem relati. Durat autem timoris causa, vt tradit Sanchez alios referens, Malcard. optimè concl. 1055. num. 36. quoniam durat subiectio timorem incurienti, vt si iudex metum inferat, dum durat officium, si tyrannus, dum durat tyrannus, si vir, dum durat matrimonium, si pater, dum durat patri subiectio. Hinc infert Flamin. n. 17. Et seqq. primò catectatum, & coactum præstare cautionem de soluendo, licet postea liberatus si accretibus, & cum intervallo solutionem faciat, solutio dicitur facta ex metu, nam si non soluisset, posset rursus carcerari, & feruenter tractari. Secundo infert, si contractus venditionis fuit celebratus per metum, & traditio rei venditæ fuerit facta ex intervallo, durante causa metus, traditio dicitur metu facta. Tertio, si maritus verberat uxorem, quia non consentiret eadem instrumentum, si postea vxor assentiat etiam ex intervallo, dicitur consentire metu mariti. Quarto, si mulier intravit in monasterium per metum, ibique per plures annos perseuerauit, non purgatur metus si viger eadem causa, vel si non cessant impedimenta, vt possit reclamare, & tradit etiam Sanchez lib. 4. disp. 18. n. 8. Basilius de Leon. lib. 4. cap. 17. n. 3. cum Nauar. 4. comment. de reg. cap. statumimus, n. 19. quest. 3. n. 71. Quocirca vt metus censetur purgatus, debet adesse aliquis actus spontaneam voluntatem demonstrans, quia causa sentiel posita, tempore durat, præsumitur, dum aliqua ratione non probatur penite, traditque optimè Menoch. lib. 6. præsumpt. 37. Azor. lib. 1. cap. 11. quest. 18. Idè que, quod metu factum est ab initio, est postea facte confirmatum, nullas vires habet, præsumitur enim metu confirmatum, si per impressionem, C. quod metus causa, & multis relatis docet Malcard. concl. 1055. n. 34. Actus autem purgandi metum debet integrè & liquidè spontaneam voluntatem demonstrare, quare si aliam interpretationem recipit, metum non purgat, vt bene docuit Ioan. Garc. de nobilitate, Gloss. 17. n. 46. Nauar. lib. 1. consil. de his que vis consil. 4. n. 9. in 2. edit. Azuec. lib. 4. recop. tit. 21. l. 1. n. 195. Basilius de Leon. lib. 4. cap. 17. n. 3. Ex qua doctrina infert alij allegatis Sanchez lib. 4. disp. 18. n. 10. Basilius de Leon. & Nauar. solutionem illius quod per metum soluere iuratis, fore rescindendam, est solutio spontanea fit, quia non præsumitur spontanea, sed facta timore perituri incurrendi, iuxta cap. de debito, de iureiurand. vbi iurans soluere viuras potest repetere, quia non censetur sponte soluisse. Qui autem sint actus spontaneam voluntatem demonstrantes, quibus metus purgetur, non est facile dicta, aliquos referunt Doctores, ne que difficultate carent. Primus est presentia iudicis, seu magistratus, hanc enim sententiam purgat metum, eo quod favore iudicis possit agens quemlibet metum repellere, ita Bart. in l. ult. ff. quod metus causa. Iason consil. 71. col. 2. volum. 1. Crauet. consil. 114. n. 11. volum. 1. Et consil. 233. n. 4. Thomas Sanchez lib. 4. disp. 27. n. 3. Malcard. de probat. concl. 1055. num. 5. Verum huiusmodi presentia solum inducit præsumptionem, quod metus sit purgatus, non tamen inducit probationem claram, stat enim opinè aliquem ita metu esse adstrictum, vt non solum non audeat contractum repellere, verum neque coactionem manifestare, & tunc contractus etiam si factus in presentia iudicis, erit metu celebratus, & tradit ex Bart. & Bald. Flam. lib. 13. quest. 1. n. 194. Secundo quo censetur metus purgatus, est, si fiat actus eorum consanguineis, vel amicis patientis metum, præsumitur enim tunc libere consentire, ita Bart. in l. transactionem, C. de transact. Iason ibi, Et in leg. interpositas, n. 5. C. eod. Felin. in cap. causam matrimonij, colum. 3. vers. quarta declaratio, de offic. deleg. Decius cap. xli. col. xlii. vers. vltimum notandum, de appellat. Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 27. n. 2. At hoc intelligendum est, vt rectè Malcardus supra n. 4. cau quo consanguinei, vel amici sufficientes essent resistere violentiæ eius, qui infert metum, seu e contra. Quapropter Bart. supra, dicit ex consanguineorum presentia non cessare metum, vel metus præsumptionem, imò Thomas Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 27. n. 2. Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 14. n. 27. fine. Oriert. conf. 16. n. 24. & alij docent, neque hanc præsumptionem cessa-

re, sed tantum cogi allegantem metum, vt probet grauiorem illatum fuisse, & clariore probationes asserere. Tertio censetur metus purgatus ex cohabitatione spontanea cum inferente metum, qui enim fugere faciliè coactionem potest, neque fugit, voluntariè iam consentit, sic enim censetur matrimonium, & professio metu facta ratificari, si contrahentes non fugiant, vel recitent, cum faciliè possint, habetur expresse cap. ad id, de sponsalib. Et ibi Glossa, & tradit Malcard. multis relatis supra n. 35. Sanchez lib. 4. disp. 18. n. 3. Quod autem tempus requiratur, vt sic habitans censetur coactionem fugere potuisse, prudentis arbitrio metiendum est cap. de causis, de officio delegat. Et l. 1. ff. de iure delib. quia non est à lege tempus præscriptum, Sanchez supra n. 6. Vnde placet mihi, quod dicit Malcard. concl. 1055. num. 39. non præsumi purgatum metum in matrimonio, est mulier in domum viri tradatur, ibique habitat modico tempore, si statim ad domum Patris recuertatur; præsumitur enim non habitasse spontaneè cum fugerit, cum primum potuit, & consentit in his Basilius de Leon. lib. 4. cap. 17. n. 17.

PUNCTVM XV.

De ignorantia quid sit, & quomplex, quæque causet inuoluntarium.

- 1 Distinguitur ignorantia.
- 2 Qua sit ignorantia vincibilis, & inuincibilis.
- 3 An dicitur ignorantia vincibilis, qua non sit crassa, & supina.
- 4 Triplex ignorantia culpabilis distinguitur.
- 5 Quando dicitur ignorantia vincibilis.
- 6 Quorum rerum censetur habere ignorantiam inuincibilem.
- 7 Quid dicendum de parochiano ignorante festa, & ieiunij in hebdomada occurrentia.

1 Varias acceptiones ignorantie tradunt Doctores cum D. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. Illa tamen nostro instituto deseruit, quæ est illarum rerum, quas quisque scire tenetur. Quapropter ignorantiam definire possumus esse carentiam cognitionis debite. Hæc carentia multiplex esse potest, alia iuris, alia facti, alia vincibilis, alia inuincibilis. Ignorantia iuris est, quæ ius ignorat, vt si ignores contractum vitiarium esse illicitum, omnia peccata mortalia etiam dubia nec sciri esse consentanda, diebus festiuis audiendum esse factum, ignorantia facti est, quæ ignotas hanc contractum esse vitiarium; hoc peccatum mortale esse necessariò consentiendum; nullas vires habet, audientem esse factum.

2 Hæc ignorantia iuris, vel facti vincibilis esse potest, & inuincibilis. Vincibilis dicitur, quia illam viribus tuis vincere poteris, inuincibilis, quia nullo modo illam superare potuisti. Poteris autem circa vnum, & eundem actum scientiam & ignorantiam inuincibilem habere: cognoscere enim potes accessum ad consanguineam, vel affinem esse peccatum intemperantiae, non tamen esse incestum. Item ignorare potes feminam esse nuptam, vel habere vorum castitatis, cum tamen cognoscas illius accessum tibi esse prohibitum: tunc talis actus, quatenus ex ignorantia procedit, non est peccatum, est peccatum sit, quatenus à scientia, vel ignorantia vincibilis procedit, tradit S. Thom. 1. 2. quest. 76. artic. 3. & ibi omnes eius expositores.

Hinc sit ignorantiam inuincibilem vocari antecedentem, iustam, & probabilis, vocatur antecedens, quia antecedit actum; est enim causa illius, quatenus si ipsa non adesset, actus non fieret: sicuti absentia naturæ, causa est submergionis nauis, quia si natura non abfuisset, nauis non submergeretur. Vocatur iusta, & probabilis, quia eam canones, & leges probant, & operantem ex illa excusant. Vincibilis ignorantia dicitur consequens improbabili, & iniusta. Consequens dicitur, quia aliquem actum voluntatis consequitur, v. g. dubitasti an hæc hebdomada dies aliquis sit ieiunij, omisit inuestigare: ecce ignorantiam consequentem esse ad illam voluntariam omisionem. Talis ergo ignorantia, iniusta est & à iure improbatum, & operantem ex illa non excusat, sed accusat. De ignorantia comitante nihil est, quod dicamus, quia neque accusat, neque excusat actum, hæc enim cum solum consistat in quodam habituali affectu voluntatis, quo quis paratus est actum eodem modo præstare, si ignorantia caret, ac præstitit ignorans, & affectibus nec metemur, neque demeremur, efficiunt sanè ignorantiam comitantem, si in consequentem non transit, non inducet peccatum, quia non potest inducere, quin fuerit aliquo modo voluntaria, vt optimè probat Salas 1. 2. tractat. 13. disp. 8. sect. 5. num. 35. Sanchez disp. 32. n. 26. Item, quia licet ille affectus peccaminosus sit, non tamen est causa actus, & consequenter non potest actus ratione illius puniri. Insuper vincibilis ignorantia dicitur affectata, crassa, & supina. Affectata, quia ignorare affectas, & intendis. Crassa, quia more crassi hominis & pinguis, desles, & piger es in ea deplenda. Crassi enim homines, & pingues desides solent esse. Eodem modo dicitur supina,

DE CASTRO PALAZO